



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 79. Præcipui conjuratorum Duces extremo suppicio affecti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

ductoribus cuidam nomine Mothæ negotium dabant, ut Ambasiam repentinō impetu obruere tentaret: ast mox ad arma in toto oppido conclamatūr, signumque editur, atque ipse met Condæus Princeps, ut omnem antea conceptam suspicionem a se averteret, ceteris prior ex ædibus suis omni ex parte armatus erumpit, atque ad portam, quam conjurati aggredi parabant, Calvinistas inde repulsurus accurrit, non sine ingenti stupore hæreticorum, qui aduersus ipsos hunc Principem cum tanti animi alacritate ad arma convolare mirabantur. Ceterum hac ipsa Calvinistarum temeritate Olivarius ad mutandam animi sententiam permovebatur, quocirca haud ultra lenitate agendum ratus omni pœnarum severitate in hos perfidos animadvertisendum consulebat.

§. LXXIX.

*Præcipui conjuratorum Duces extremo supplicio affecti.*

Ergo promulgato edicto sancitur, ut *Thuan. l. 24.* omnes, quotquot deprehendi pos-  
*num. 8.* sent, quamvis ad sua essent reversi, vel vivi, vel mortui caperentur, novaque in captos quæstio institueretur; horum autem nonnulli ad arcis pinam nocte susensi, alii vero aquis submersi, non pauci quoque per diem mortis suppli-

B b 5

cic

**Sæcul. XVI.** cio affecti sunt, quin eorum nomina proderentur, aut perpetrati criminis indices tabulæ illis appenderentur: inde autem factum est, ut flumen mortuorum cadaveribus repletum esset, urbisque plateæ effusi sanguinis copia exundarent, cunctaque loca patibulis horrescerent: porro inter ceteros conjurationis Duces ultimi servabantur viri, ut tormentorum vi suorum complicum nomina indicarent: primi ergo producebantur Ranæus, & Mazera, qui ambo quæstioni subjecti Navarræ Regem hujus conspirationis socium fuisse constanter pernagabant: Castellnous vero Chaloffius conjuratum Princeps, ubi cum Ranæo, & Mazera conferebatur, utriusque testimonium rejicit, cum autem apud Proores magno in honore esset, hinc Longevillæ Dux, Andelotus, & Colinus, ac postremo Aumalius ipse Principus Guiianorum frater eidem crimen condonari a Rege petebant, irrito tamen successu; quippe tanquam læsæ Majestatis reus capite damnabatur, ipse vero, cum hæc sententia recitaretur,   
 „jus, inquit, criminis innocens sum,  
 „qui neque in Principem, neque in Par-  
 „tentem, Uxorem, fratresve ejus, &  
 „agnatos, quos lex Majestatis amplectitur,  
 „ullius mihi sceleris conscius sum & tan-  
 „tum in Guisianos homines peregrinos  
 contra

„contra Regni leges administrationem Sæcul. XVI.  
 „publicam usurpantes arma sumpsi, si A.C. 1560.  
 „hoc Majestatis crimen est, eos primo Re-  
 „ges renuntiari oportuit; quodne illi olim  
 „affectionent, videant, qui post me erunt;  
 „nam me hac formidine mors propin-  
 „qua, & melioris vitæ cogitatio sol-  
 „vit. „ His dictis cervicem securi sub-  
 jecit: demum post ejus mortem reper-  
 tus est libellus in caligis occultatus,  
 quo insidiarum in Guisianos structarum  
 ordo continebatur, addita protestatio-  
 ne, qua conjurati nomen Regis sibi sa-  
 crosanctum fore pollicebantur. Eodem  
 die ex conjuratis ferme ducenti, aut su-  
 spensi, aut submersi, vel propter re-  
 bellionem capite plexi numerabantur.

§, LXXX.

*Condæus Princeps suam defensionem  
 admitti postulans, obtinensque.*

Quoniam deferente Bigna Condæ- *Thuan. l.c.*  
*us Princeps de seditione admo-* *Belcar. com.*  
*dum suspectus esset, atque ipse met Rex* *l. 28. n. 49.*  
*illum conjurationis caput esse expro-*  
*braret, eique conceptæ suspicionis in-*  
*ditia aperiret, hinc eidem Aulæ acces-*  
*sum inhibuit, adjecta comminatione,*  
*illum exemplo futurum ceteris Regii*  
*sanguinis Principibus, qui deinceps a*  
*debito erga Regem suum obsequio de-*  
*flecte-*